


~~1111~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.

I. A. 133


SIGNAT. CLVCCCCXIII.








10
10














an 1
AUG. PFEIFFER D.
SPECIMEN DIDACTI-
CUM EBRAEUM,
JUXTA QVOD
LINGVÆ SANCTÆ
FUNDAMENTA
DECEM LECTIONIBUS
HORARIIS
DEPONI
POSSUNT.

*Cui nunc accessit luculentum Spe-
cimen Analyticum ex Obadia.*




LIPSIÆ,
Sumpt. JO. FR. GLEDITSCHII,
Bibliopol.
Typis CHRISTOPHORI FLEISCHERI.
Ao. MDCCCXXVI.

Lectori Philebræo.

S. P.

Non est animus intra tam angustum ambitum decem horarum omnem Lingvæ Ebraicæ analogiam Grammaticam hujusque subtilitates concludere. Neque enim ea me incessit vesania, ut Lingvam Sanctam existimem animalculum quoddam ἐφ' ἡμεσῶν aut unius rotundæ noctis fungum. Fundamenta saltem sic poni volo, quibus cætera deinde facili negotio superstrui poterunt. Experientia enim rerum magistra me satis superque edocuit, prolixâ illa atque lenta præceptorum explicatione & omnium minutiarum insectatione parum profici, verum ubi ad finem perventum est, priora oblivione esse obliterated omnia; contra verò feliciter procedere negotium, ubi lingvæ analogia brevi temporis spatio sub unum veluti obtutum sistitur, quomodo faciliè aliqua lingvæ idea & confusa saltem Grammaticæ notitia concipi potest, quæ subsequente praxi supplenda est, Vale & boni consule.



I. N. 7.

SPECIMINIS DIDACTICI
EBRÆI

HORA PRIMA.

DE LITERIS ET VOCALIBUS.

§. I. LITERÆ h.e. Consonæ sunt
XXII. quarum Figuram, Appellationem &
Potestatem sequens sistit Schema:

א	Aleph.	aspiratio tenuis	1
ב	Beth	bh, β	2
ג	Gimel	gb	3
ד	Daleth	db	4
ה	He	h	5
ו	Vau	v consona	6
ז	Sain	s leniss.	7
ח	Cheth	ch vel bh	8
ט	Teth	t	9
י	Jod	j conf.	10
כ	Caph	ch, χ	20
ל	Lamed	l	30
מ	Mem	m	40
נ	Nun	n	50
ס	Samech	s forte.	60
ע	Ajin	spir. asperrimus	70
פ	Pe	ph, φ	80
צ	Zade	z	90
ק	Koph	k	100
ר	Resch	r	200
ש	Schin	sch, ψ	300
ס	Sin	slene	
ת	Thau	th, θ	400

A 2

§. 2.



§. 2. Circa FIGURAM nota (α)
 quinque has כמנפצ (memoria causa di-
 ctas *Camnephez*) in fine mutare figuram.
 h. m. ׀ ׀ ׀ ׀ ׀. (β) Quasdam (præcipue
 אהלת & finalem ׀) esse supplendi spa-
 tii & decoris gratia dilatabiles h. m.
 ׀ ׀ ׀ ׀ ׀

§. 3. Circa potestatem nota, quatuor istas
 אהוי (memoria causa אהוי *Ehevi*) ali-
 quando quiescere sive non legi, puta אהוי
 quando non habent vocalem ad se spe-
 ctantem, ubi tamen excipe ׀ Mappica-
 tum; & Jod finale, quando præcedit alia
 vocalis quam Chirec & Tsere. *Vau* v. quie-
 scit, quando est fulcrum. אהוי Tamé
 גלה. אהוי *dibbre*: אהוי *br*.

§. 4. Ratione organi dividuntur lite-
 ræ in GUTTURALES אהחע ahachà,
 LINGVALES אהלנת datleneth, PALA-
 TINAS אהכק Gichak, DENTALES אהצרש
 safzarasch, LABIALES אהומף Bumaph.

VOCALES.

§. 4. VOCALES, quæ consonis hîc non
 coordinantur, sed substernuntur vel com-
 modè adjiciuntur, eæquæ propriè dictæ
 sunt *decem*, quinque *longæ* & totidem *bre-
 ves* iis respondentes, quas sequens exhibet
 Schema.

VO.

(5)
VOCALES

LONGÆ			BREVES.			
ā	Kamez	ⴌ	A	-	Patach	א
ê	Tfere	ⴍ	E	ⴎ	Segol	ע
î	Chirec m.	ⴏ	I	ⴐ	Chirec p.	י
ô	Cholem	ⴑ	O	ⴒ	Kam.chat.	ו
û	Schurec	ⴓ	U	ⴔ	Kibbuz	וּ

§. 5. Observa (α) Kamez ā & Kamez chatuf ò habere eandem figuram ⴌ, quæ v. legitur ò in syllaba composita (nisi tonus vel Meteg. adsit) alias ā. (β) Tres Vocales sc. Chirec magn. Cholem & Schurec loco fulcri usurpare consonam, quam verò duæ priores quandoque amittunt.

HORA SECUNDA.

DE PUNCTIS RAPTIS, SIGNIS ORTHOGRAPHICIS, SYLLABA ET TONO.

§. 6. Præter vocales veras dantur quinque impropria sc. istæ.

ⴑ	Scheva	ⴑ
ⴒ	Chatef-patach	ⴒ
ⴓ	Chatef-Segol	ⴓ
ⴔ	Chatef-Kamez	ⴔ
-	Patach-grubba	ⴕ

§. 7. Scheva est signum Grammaticū, quod indicat absentiam Vocalis (quanquam in fine, præterquam sub finali ⴑ & præcedente

aliâ Schevatâ, nunquam exprimat) simul-
que est *symbolum connexionis*, namq; literam,
quam afficit, vel trahit ad præcedentem &
tum planè *quiescit*, (id quod fit in fine, postq;
brevem non habentem Meteg) vel ad seqvê-
tem, & tum est mobile sed rapidè, qualis so-
nus editur inter priores duas literas vocum
Ptolemæus, Mnemon, Tmema &c. (quod fit
א ab initio, ב post aliud Scheva, ג post lon-
gam tono carentem, & ד sub Dagesfatâ)

§. 8. Sub gutturalibus componitur cum
Patach, Segol & Kamez Chatus, rapidissimè
itidem efferendum.

§. 9. *Patach-gnubha, s. furtivum* sub ul-
timis א א & ע (rarè sub penultimis א &
ע, sc. seqvente א) loco Scheva quiescentis
adhibetur, raptè ante consonam efferen-
dum, ut, אשׁיח *maschiach*.

SIGNA ORTHOGRA- PHICA.

§. 10. *Signa orthographica* sunt quatuor:
Dages, Mappik, Meteg, Makkeph. DA-
GES vel *lene* est vel *forte*. Illud sex literas
בגדכפת *begadkephath* ordinariè aspiratas
bb, gb, db, ch, pb, th, privat sua aspiratione
בגדכפת *b, g, d, c, p, t*, idè l. ab initio ferè,
vel præcedente Scheva quiescente.

§. 11. *Forte* omnibus literis (præter-
quam gutturalibus & Resch) inscriptum
eas duplicat: אשׁו *ammo*.

§. 12. *MAPPK (Eductor)* est pun-
ctum

Etum literæ ׀ finali inscriptum, quando
legi debet, alias illic quieturæ. גַּבְבֵּי *ga-*
bbáb.

§. 13. Meteg (*Frenum*) est Virgula infer-
nè Vocali adscripta eam extra tonum deco-
rè suspendens. הַיְתָה *há jethá.*

§. 14. MAKKEPH (*Junctor*) est
lineola transversa diversas vocales copu-
lans ad continuã prolationem, uti *Hyphen.*

אֶת-כֹּל-אִשְׁכֵּר *Eth-col-ascher.*

SYLLABA.

§. 15. E conjunctione literæ & vocalis
oritur SYLLABA, quæ vel *simplex* est,
vel *composita*. SIMPLEX constat ex
unâ consona mobili & vocali: גַּלִּית *ga-*
li-ta. COMPOSITA pluribus con-
stat consonis per puncta rapta copulatis
vel in Dagesata implicitis: מַשְׁכֵּרְתֵךְ *mas-*
cür-teck. פִּיקֵד *pik-ked.* מֵנֵה *mené* רִוַּח
ruäch.

§. 16. TONUS in bi-vel polysyllabis
est vel *in ultima* (præsertim si ea sit compo-
sita cum vocali longa: דַּבָּר *daßâg*, vel ha-
beat ante se scheva mobile פִּקְדָה *pakeda*)
vel *in penultima* (præcipue si ea sit simplex
cum vocali brevi purâ: מֵלֵךְ *melech*.) O-
xytona vox Ebræis *Milra*, paroxytona *Mi-*
lel vocatur. De ACCENTIBUS a. secun-
dariò sedem toni indicantibus aliàs seor-
sim agitur.

§. 17. Ebraica feliciter lecturus I. Literas Alphabeticas semel atqve iterum manu exprime, donec memoriæ inhærescant.

II. Eas, quæ cognatæ figuræ sunt, uti נככ, תחה, רר, è consideratione Inearum & angelorum dignosce, ne inter legendum confundas.

III. Quatuor literarum מוהי motum & quietem rectè imbibe.

IV. Vocalium longarum & brevium differentiam attende.

V. Lecturus à dextra versus sinistram more nobis contrario procede.

VI. Syllabam semper à consona incipe (excepto ׀ initiali.)

VII. Literam cum vocali juncturus in syllabam, vide num sequatur Scheva quiescens vel Dages forte, adeoq; an sequens litera simul sit assumenda in syllabam comp.

VIII. Tonus ordinariè illic est, ubi est accentus, quod si secus fiat, regulæ §. 16. succurrent.

Praxis ex Soph. III. v. 8.

לָכֵן חָכַם לִי נָאִם		Lachên hhaccu-lí, neüm
יְהוָה לְיוֹם קוֹמִי		Jehová, lějóm kumi
לְעַד כִּי מִשְׁפָּטִי		leád : ki mischpatí
לְאַסֵּף גּוֹיִם לְקַבְּצֵי		lešóph gojim, lëkobzí
מִמְּלוּכֹת		

ממלכות לשׁ פך		mamlachóth lischpóch
עליהם זעמו כל		álehém famí , col
חרון אפי כי באש		chárón appí; ki bēēsč
קנאתי תאכל כל		kinathì teachêl col-
הארץ:		haárez.

HORA TERTIA.

DE MUTATIONE PUNCTORUM.

§. 19. Præcipua analogiæ Grammaticæ ratio apud Ebræos dependet à *mutatione punctorum vocalium*, cujus summa hæc est :

Puncta Ebraica mutantur non modò ob incrementum vocis, ita ut in syllaba composita transeat vocalis longa in brevem & contra in simplici brevis in longam ob toni absentiam; ante dageffatam sine tono longa in brevem & ante dageffandam brevis in longam; in tertiâ & secundâ ante tonum, certæ vocales in Scheva; sub gutturalibus Scheva simplex in compositum; in concursu duorum Schevaim alterutrum in vocalem; sed etiam propter accentum. Ista summaria regula in decem sequentes deduci potest.

I. Vocalis longa in syllaba composita tono cassâ in brevem, & contra bre-

vis in Syllaba simplici tono cassâ in
longam mutanda est. E. g. וְיָדָר pro
עָלִי, וְיָדָר, וְיָדָר.

II. Ante literam fortiter Dageffatam sine
tono vocalis longa mutatur in brevem sc.
- in - , " in " , ׀ in ׀ vel Kamezchatuf.
E. g. וְיָמִים pro וְיָמִים, קָיִים pro
וְקָיִים, וְקָיִים pro וְקָיִים

III. Ante gutturalem vel ׀ dagef-
sandam vocalis brevis in longam modo
contrario mutatur, ut וְיָדָר pro וְיָדָר.
וְיָדָר pro וְיָדָר

IV. In tertia ante tonum vocales quin-
que sc. ׀ , ׀ , ׀ , ׀ , ׀ (in Syllaba sim-
plici & pura) & ׀ (sequente segol vel Pat.)
corripiuntur in Scheva ut : וְיָדָר pro
וְיָדָר, וְיָדָר pro וְיָדָר

V. In secunda ante tonum Tsere (non
præcedente Kamez) item Patach & segol
(accedente alia terminatione quàm plu-
rali, ubi sc. in Kamez transeunt) in Scheva
mutantur : וְיָדָר pro וְיָדָר

VI. Scheva simplex sub gutturalibus
mutatur in compositum (usitatus ..) &
quidem mobile perpetuò ; quiescens sub
prima & secunda radicis, ubi prior dein-
de vocalis in cognatam ׀ Scheva transi-
re solet. וְיָדָר pro וְיָדָר, וְיָדָר pro
וְיָדָר

VII.

VII. Scheva simplex ante aliud simplex legendum mutatur usitate in Chirec, rarius in patach vel Sægol E. g. כְּכֹלִי pro כָּכֹלִי : posterius v. si sub Jod fit, prorsus tollitur: בְּיָמַי pro בִּיָּמַי .

VIII. Scheva compositum ante simplex ab initio abjicit suum chateph, in medio conciditur s. abjicit alterutram sui partem E. g. יַעֲמְדוּ pro יַעֲמְדוּ, נֶאֱמְרוּ pro נֶאֱמְרוּ .

IX. Scheva simplex mobile ante compositum mutatur in vocalem brevem huic analogam E. g. וְאֵנִי pro וְאֵנִי .

X. Propter accentus regios quosdam, quædam vocales mutantur, ut Patach quodcumque & Segol sequente alio Segol in Kamez; Scheva in Segol & ante terminationes verbales in eam vocalem, ex qua ortum est, ut כָּרַם pro כְּרַם, יִרְאֶה pro יִרְאֶה. Omnium istarum regularum praxin qui desiderat, restituat voces אֶעֱזֹר - לְעֵרְוִי - הַיְגִלִּים h. m. אֶעֱזֹר - לְעֵרְוִי - הַיְגִלִּים. Præterea verò dantur quoque euphonicæ vocalium alternationes usu discendæ ut הִתְאַרְץ pro הִתְאַרְץ.

HORA QUARTA.

DE VERBO IN GENERE.

§. 20. In verbo cum primis notanda Numerus, Persona, Genus, Modus, Tempus, indeque resultans Conjugatio. Numerus duplex:

duplex Singularis & Pluralis : Dualis Plurali contradistinctus in verbo exulat.

§. 21. *Personæ* in Præterito & Futuro tres ; & quidem in præterito tertia , utpote simplicissima , præmitti solet. Imperativus solam secundam agnoscit.

§. 22. *Genus* (præterquam in prima persona , quæ semper communis) duplex : Masculinum & Fœmininum , nomini in constructione respondens.

§. 23. *Modi* tres , *Indicativus* , *Imperativus* & *Infinitivus*. Per hunc mediantebus particulis inseparabilibus כ in , כ secundum , ל ad , מ a (memoriæ causa בבלם Bachlam) exprimuntur Gerundia & Supina E. g. בפקר *invistare i. e. visitando*.

§. 24. *Tempora* explicitè in verbo finito duo sunt : *Præteritum* & *Futurum*. *Præsens* vices vel Præteritum supplet, vel Participium Benoni s. præsens, additis pronominibus personalibus.

§. 25. *Conjugatio* propriè loquendo unica : quatuor tamen dantur classes significationum ex eadem radice deductæ & per certos characteres insinuata , & à verbo פעל appellationem sortita. Tres priores sunt activæ & passivæ, quarta neutralis.

Prima character in activo dicto Kal nullus, quia originem cæteris dat: פקר. In Passivo dicto Niphal Character est כ, כפקר
Secun-

Secunda character tam in activo dicto *Piel*, quam Passivo dicto *Pual*, character est Dages forte in medio radicali A. פִּקֵּד, P. פִּקֵּד.

Tertia character tam in activo dicto *Hiphil*, quam Passivo *Hophal* est He præpositum, A. הִפְקִיד. P. הִפְקִיד.

Quarta *Hitpael* character est præposita Syllaba הַתְּ, הִתְּפַקֵּד. *Prima* significatio est nuda, *secunda* ordinariè intensiva, *tertia* effectiva, *quarta* reciproca.

HORA QUINTA.

DE FORMATIONE ET FLEXIONE TEMPORUM.

§. 26. *Formatio* sive *deductio* temporum, & *modorum* è radice talis est (ubi nota *characteristicam* conjugationis pelli à *characteristica* temporis.)

<i>Præteritum.</i>	<i>Futurum.</i>	<i>Imperat.</i>
Kal פִּקֵּד	אֶפְקֵד	פִּקֵּד
Niphal נִפְקֵד	אֶפְקֵד	הִפְקֵד
Piel פִּקֵּד	אֶפְקֵד	פִּקֵּד
Pual פִּקֵּד	אֶפְקֵד	—
Hiphil הִפְקִיד	אֶפְקִיד	הִפְקִיד
Hophal הִפְקֵד	אֶפְקֵד	—
Hitpael הִתְּפַקֵּד	אֶתְּפַקֵּד	הִתְּפַקֵּד

Hisce

Hisce accedunt *Participia*, quæ in tribus posterioribus conjugationibus formantur per ם: *Kal* פִּקֵּד visitans פִּקֹּד visitatus. *Niphal* נִפְקֵד. *Piel* מִפְקֵד. *Pual* מִפְקָד. *Hiphil* מִפְקִיד. *Hophal* מִפְקֵד. *Hitp.* מִתְפַּקֵּד.

§. 27. Flexio deinde fit juxta sequens Schema:

PRÆTERITUM.						
1.	2.	3.		1.	2.	3.
c.	m.	c.	Pluralis.	c.	m.	m.
וְ	וְ	וְ		וְ	וְ	וְ
	f.			f.	f.	
	וְ			וְ	וְ	וְ
FUTURUM.						
3.	2.	1.		3.	2.	1.
m.	m.	c.	Pluralis.	m.	m.	c.
וְ	וְ	וְ		וְ	וְ	וְ
f.	f.			f.	f.	
וְ	וְ			וְ	וְ	וְ
IMPERATIVUS.						
f.	m.		Plur.	f.		o
וְ	וְ			וְ		

In

§. 28. Coeterum in Conjugatione verborum feliciter processurus 1. Edisce primas formas Præt. Futur. & Imperativorum. 2. Flecte deinde easdem juxta Schema cuilibet tempori destinatum, ubi tamen observa circa Schema *Præteriti* (α) personas recenseri ordine retrogrado. (β) Fœmininum Masculino subjici. (γ) Loco circelli in primo spatio reponi Præteritum cujusq; conjugationis & ei addi deinceps terminationes cœteris spatiis inclusas, observatis saltem inter flectendum sequentibus duabus regulis (N) *In tertia personâ utriusque numeri vocalis primæ formæ ultima seu quæ sub secunda radicali est (nisi sit Chirec) mutatur in Scheva*, E. g. פָּקַד, פָּקְדָה. (ב) *In secunda & prima persona utriusque numeri sub secunda radicali semper requiritur Patach, quod sicubi non adest, adsumendum* E. g. פָּקְדָה pro פָּקַדָה.

§. 29. Circa Schema FUTURI peculiariter observa (α) Personas (quæ naturalem ordinem retinent) hîc non modò distingvi per terminationes, sed etiam literas præformativas ante lineolâ collocatas. (β) Flexionem perfici variando ab initio literas præformativas (omnibus futuris cômunes) & addendo terminationes post lineam adjectas, observatis duabus sequentibus regulis,

lis, quarum una præformativas, altera terminationes concernit. (N) Si prima præformativa N habeat Segol, sub cæteris est Chirec; si prima habet $\ddot{\text{v}}$ sub cæteris est Scheva simplex: si aliam quamcunque vocalem habeat, ea manet. E. g. אֶפְקַד, תִּפְקֹד; תִּפְקֹד, אֶפְקַד; תִּפְקֹד, אֶפְקַד. (ב) Quando vox in futuro (uti & in Imperativo) crescit in ו, ט, א, Patach, Tsere & Cholem ultima non crescentis corripuntur in Scheva, ut תִּפְקֹדִי. Denique specialem observationem meretur, quod verbum à litera sibilante inchoatum in Hitpaël eandem cum ת Characteristica transponat E. g. הִצְטַדֵּק, הִתְשַׁמֵּר pro הִשְׁתַּמֵּר pro הִתְצַדֵּק.

HORA SEXTA.

DE VERBIS DEFECTIVIS.

§. 30. Abludunt quandoque à forma paradigmatis Verba quæ dicuntur IMPERFECTA, quæ aliquando quandam è literis radicalibus omittunt.

§. 31. Appellationem suam illa sortiuntur ab antiquato Paradigmatе פִּעַל, unde prima radicalis τεχνικῶς vocatur Pe, secunda Ain, tertia Lamed, & inde litera imperfectionem in verbo sustinens suscipit denominationem E. g. Verbum Imperfectum Pe Nun i. e. cujus prima radicalis est Nun.

§. 32.

§. 32. Pro diverso compensandi modo imperfecta verba dividuntur, in *Defectiva* & *Quiescentia*. Illa vocantur, quæ radicalem amissam compensant per Dages forte; hæc, quæ per vocalem longam.

§. 33. *Defectiva* sunt duplicia, scilicet *Defectiva Pe Nun*, ut נָגַשׁ; & *geminantia Ajin* five secundam E. g. סָבַב. Illorum imperfectio in eo est sita, quod prima Nun ex præscripto paradigmatis Schevanda abjicitur, & si id in medio contingat, compensatur per Dages forte. (Infinitivus constructus Kal insuper adsumit ת paragogicum נָגַשׁ pro נָגַשׁ) E. g. נָגַשׁ pro נָגַשׁ, נָגַשׁ pro נָגַשׁ.

§. 34. *Geminantia Ajin* (1.) in Conj. 1. & 3. unam è geminatis abjiciunt, h. m. KAL Præt. סָבַב Fut. נָסַב. Imp. & Inf. סָבַב NIPHAL. Præt. נָסַב. Fut. נָסַב. Imp. הָסַב. Part. נָסַב Hiph. Præt. הָסַב. Fut. נָסַב. Imp. הָסַב Part. מָסַב. Hoph. Pr. הָסַב Fut. נָסַב. & tum, voce crescente assumunt Dages forte in literâ remanente è geminatis, quæ si sit Schevanda, in Præterito Cholem, aliàs Sægol requirit, E. g. סָבַב pro סָבַב, סָבַב pro סָבַב. (2.) In Conj. 2. & 4. vel regularia sunt, vel Dages Characteristicum pellunt, vocali præcedente in Cholem mutata, E. g. סָבַב pro סָבַב.

B

HORA

HORA SEPTIMA.

DE VERBIS QUIESCENTIBUS.

§. 35. Verba *quiescentia* quadruplicia sunt, *quiescentia Pe Jod, Ain Vau, Lamed Aleph & Lamed He.*

§. 36. *Quiescentia Pe Jod*, solent Jod ex analogia verbi Schevandum abjicere, & compensare in Fut. Kal per Tere (sequente alio Tere vel Patach) in Niphal & Hiphil per Cholem, in Hophal per Schurec: Denique Jod in Niphal (& quandoque in Hitpaël) Dagessandum mutatur in Vau, E. g. *נָלַד* pro *נִלַד*, *נָלַד* pro *נִלַד*, *נָלַד* pro *נִלַד*, *נָלַד* pro *נִלַד*.

§. 37. In *Quiescentibus Ain Vau* secundaradicalis Vau semper quiescit, & quidem (1.) in Conj. 1. & 3. h. m. KAL Præt. *קָם* pro *קָם*. Fut. *קָם*. Imp. & Inf. *קָם* Part. *קָם* NIPHAL. Præt. *קָם* Fut. *קָם* Imp. & Inf. *קָם* Præt. *קָם* HIPHIL. Præt. *קָם*. Fut. *קָם* Imp. *קָם* Inf. *קָם* Præt. *קָם*. HOPHAL. Præt. *קָם* Fut. *קָם*, Inf. *קָם*. Et flexio deinde est ordinaria, si saltem notetur (a) *quiescentes vocales*, utpote compensativas sive impuras, non mutari in Scheva. (β) Ante terminales Præteriti in Niphal & Hiphil aliquando assumi Cholem. (2.) in Conj. 2. & 4. hoc verborum genus eandem

eandem rationem habere cum geminanti-
bus Ain, ut קוּמַם pro קוּמַ.

§. 38. Quiescentia Lamed Aleph (α)
pro Cholem & Patach ultimæ non crescen-
tis poscunt Kamez E. g. מְצַמְּ for מְצַמְּ,
נְמַצְמַ for נְמַצְמַ. (β) sub ultima A-
leph Scheva respuunt & tum præcedens
Pat. in Præt. Kal in Kamez, in cæteris Præt.
in Tsere, aliàs in Segol mutant E. g. מְצַמְּ
pro מְצַמְּ, נְמַצְמַ for נְמַצְמַ.

39. Quiescentia Lamed He (α) omnia
præterita finiunt in הַ, Futura (ut &
Participia) in הַ, Imp. in הַ, Inf. in
הַ & constr. הַ. (β) הַ finale non Schevan-
dum sine compensatione abjiciunt. E. g. גְּלַהֵ
pro גְּלַהֵ: Schevandum in י mutant (quod
quiescit in Præterito Kal præced. Chirec; in
cæteris aliquando præcedente Tsere; in Fut.
& Imp. præcedente ם) גְּלַהֵ pro גְּלַהֵ. In
Foem. Sing. tamen הַ in ת transit, ut: גְּלַהֵ
pro גְּלַהֵ.

Versus memorialis :

Sunt DEFECTIVA hæc : NUN PRIMA ; &

DUPLA SECUNDA :

PRIMA quiescit JOD ; VAU ALTERA ;

TERTIA ALEPH, HE.

HORA OCTAVA.

DE NOMINE.

§. 40. In nomine consideranda Forma,

B 2

Ar-

Articulus, Genus, Numerus, Casus, Declinatio, Comparatio.

§. 41. Nomina à verbis derivantur vel nudè, vel additis literis **האמנתי** *Heemanticis*, qvalia *aueta* vocantur.

§. 42. *Articuli* vice fungitur **ה**, quod cum Patach seqvente Dages præfigitur nominibus appellativis & absolutis. E. g. **הַמֶּלֶךְ** *ὁ βασιλεὺς*, **הָאָדָם** *ὁ ἀνθρώπος* & Euphoniæ causa **הַדָּרִים** *τὰ ὄρη*. Accedentibus particulis **כלב** extrudi solet ut **בְּדָבָר** pro **בְּהַדָּבָר**.

§. 43. *Genus duplex, masculinum & fœmininum.* Hujus ordinaria nota **ה**, & in nominibus in **י** finitis, uti & participiis **ות**. E. g. **טוב** *bonus*, **טובה** *bona*, **עברי** *Ebræus*, **עברית** *Ebræa*.

§. 44. *Numerus triplex: Singularis, Dualis & Pluralis.* *Dualis* in solis nominibus natura vel arte geminis usitatus desinit in **ים**. E. g. **ימים**.

§. 45. *Pluralis* è masculinis in **ים** è fœmininis fit in **ות** ut; **טובים** *boni*, **טובות** *bonæ*.

§. 46. In applicatione generis & numeri nota (α) **ה** (ut & **ת** Fœmininum) alias perire, at in duali illud in **ת** mutari. (β) nomina orta è verbis geminantibus
Ain

Ain assumere Dages E. g. תמים pro תמים
Coëtera dabit usus.

§. 47. *Casus* propriè nulli. Nam *Genitivus* è constructione deprehenditur: de qua suo loco. *Dativus* per præfixum ל: *accusativus* per את exprimitur. Unde nulla quoque hîc propriè loquendo *declinatio*. *Comparatio* itidem non nisi *fenfualis*: nam *Comparativus* per מ vel מ præ, *superlativus* per מן valdè vel aliter *circumscribitur*.

HORANONA.

DE PRONOMINE.

§. 48. *Pronomina* sunt vel *separata* vel *Inseparabilia*. *Separata* è Lexico vel usu peti possunt. Notetur saltem, *PERSONALIUM* casus obliquos per *Affixa* una cum præfixis *particulis* exprimi E. g. אני Ego, לי mihi, לי me. *RELATIVUM* אשר est *invariabile*. *INTERROGATIVA*, *personæ* מי, *rei* מה.

§. 49. *Inseparabilia* s. *AFFIXA* sunt terminationes quædam, quæ appensæ nominibus exprimunt *pronomina* possessiva, verbis v. & *particulis* additæ *personalia* repræsentant. Et *affixa* quidem *nominalia* aliter sese in *nominibus* singularibus, aliter in *pluralibus* habent, prout evidenter patet è sequenti *Schemate* *Affixorum* *nominalium*:

B 3

AF-

AFFIXA.

SINGULARIA.		PLURALIA.	
י. — 1. C. meus.		י. — — — C. I. mei.	
2. m. 2. f. יָ: — יָ: — — —		2. m. 2. f. יָיָ: — יָיָ: — — —	
3. m. 3. f. יְ — יָהּ — — —		3. m. 3. f. יָיָ — — יָיָהּ — — —	
נָי — — — 1. C. noſter.		נָיָי — — — 1. C. noſtri	
2. m. 2. f. נָיָם: — — — נָיָן — — —		2. m. 2. f. נָיָיָם: — — — נָיָיָן — — —	
3. m. 3. f. נָיָם — — — נָיָהּ — — —		3. m. 3. f. נָיָיָם — — — נָיָיָהּ — — —	

§.50. Circa applicationem obſerva (α) **ה** foemininum accedentibus affixis mutari in **הּ**, aliud quodcunque perire. E.g. צַדִּיקָהּ ex צַדִּיקָהּ. (β) terminationem pluralem **ים** & dualem **ים** - abjici & affixis accessuris cedere locum. (γ) Pro affixis **ו**, **ה**, **הּ**, **ם**, **ן** quandoque alternare **הוּ**, **הָ**, **הֶם**, **הֵן** &



& ׀, & si quæ alia sunt peculiariora, usui re-
servanda.

§. 51. Eadem terminationes nominibus
singularibus affigi solitæ, etiam verbis (nec
non particulis) appendi solent & tum ex-
primere pronomina personalia, nisi quod
pro affixo primæ usurpatur ׀, quod in
Præterito ante se habet Patach, in futu-
ro & alias Tere, quemadmodum & aliæ
quandoq; vocales pro diversâ ratione ver-
bi variant, prout usus ostendet.

HORA DECIMA.

DE PARTICULIS ET STATU
CONSTRUCTO.

§. 52. PARTICULÆ *Separatæ* è
Lexico vel usu petendæ. *Inseparabiles*
sunt septem, quæ memoriali symbolo משה
includi solent, & aliis vocibus ad-
hærescunt.

§. 53. ׀ (è ׀ oriundum) præfigitur
per Chirec sequente Dages: מִקֵּץ à par-
to. ׀ quod ex ׀ prognatum per ׀ se-
quente (in litera Dageffabili) Dages: שְׁהִיָּה
quod fuit. ׀ præpositum interrogat &
ordinariè punctatur per ׀. E. g. הֲבִיאָה
an filia? in fine subnexum præcedente
Kamez Locale est, ut: הֲבִיאָהָּ versus
montem; aliquando merè paragogicum
ut: לַיְלָהּ pro לַיִל.

§. 54. Particulæ ׀ i. e. ׀, ׀,
secun-

Secundum, sicut, ל ad, ב in ordinarie præfiguntur per Scheva ut וְדָבַר & verbum. Coeterum ו & ל ante accentum vicinum, solent habere Kamez; ו verò ante labiales & Schevatam quamlibet (Schva simplici) transit in ו ut וְמוֹשֶׁב pro וְמוֹשֵׁב.

§. 55. *Vau Futuro præfixum cum Patach sequente Dages convertit illud ratione significationis in Præt. ut: וַיִּפְקֹד & visitavit, quo casu I. in verbis quiescentibus ו"פ, ו"ע &c. retrahit tonum in penultimam. 2. in quiesc. ה"ל causatur apocopen.*

§. 56. **IN CONSTRUCTIONE** cum primis ratio habenda Status constructi, de quo notanda est regula: *In constructione duorum substantivorum ap. Ebraeos posterius non ponitur in Genitivo, sed prius in Statu constructo, qui consistit in nominis transformatione, ita ut terminatio ה fœmin. transeat in ה, terminatio pluralis ם & dualis ם in ם, & deinde mutantur quædam vocales, sc. in penultima (α) Kamez quodque purum & Tsere ante Kamez, in Scheva: (β) In ultima Kamez, ut & Tsere (maximè post Kamez) in Patach & Segol ante ה in Tsere E. g. וְיָרִיב pro וְיָרִיב. Coetera suppeditabit usus.*

FINIS.


ULB Halle
005 911 354


3



VD 17

Z





an 1

FFERI D.
 DIDACTI
 RÆUM,
 VOD
 SANCTÆ
 IENTA
 TIONIBUS
 RIIS
 NI
 T.
culentum Spe-
ex Obadia.



Æ,
 LEDITSCHII,
 ol.
 RI FLEISCHERI.
 XXXVI.